



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 80. Commendonus Cardinalis ad comitia Augustana delatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI. A.C. 1566. stæ celebranda indicit, ubi ad propul-  
sandos communis hostis impetus con-  
sultaretur: ideo etiam illinc ablegabat  
 Pius V. Cardinalem Commendonum,  
 cui disertis verbis injunctum, ut is, si  
 Religionis negotium in comitiis discu-  
 teretur, Pontificis nomine publice re-  
 clamaret, & Pontificem in cunctos, qui  
 aderant, tam sæculares, quam ecclesia-  
 sticos Principes divinæ censuræ gla-  
 dium districturum intermineretur,  
 in Cæsarem in primis, quem & imperio,  
 ac regnis, & ditionibus, successionibus,  
 & juribus, quæ in Hispaniæ regnis ei  
 eompetebant, privaturus esset.

§. LXXX.

*Commendonus Cardinalis ad comitia  
 Augustana delatus.*

*Gratiani in  
 vita Com-  
 mend. l. 3. c. 2.*

Postquam Commendonus Augustam  
 pervenerat, mox ab Othone Truch-  
 sesio Episcopo Augustano rubrum gale-  
 rum ei a Papa submissum recepit. Ce-  
 lebrabatur hæc solemnitas sub sacro,  
 cui Bavarix Dux, ejusque conjux Du-  
 cissa, necnon plures alii Proceres intere-  
 rant. Postea Legatus exploratis Prin-  
 cipum animis, quamvis Pontificis jussa  
 juxta opinionem suam nimis severa exe-  
 qui haud intenderet, quoddam tamen  
 medium invenire statuit, cujus benefi-  
 cio Religionis negotia in comitiis dis-  
 cuti

cuti præpediret : cum vero aliquamdiu  
 secum deliberasset, nil magis opportu-  
 num ei occurrebat, nisi ut omnes Ca-  
 tholicos, qui Augustam confluerant, ad  
 suas ædes convocaret : itaque Princi-  
 pes, ac Cardinalis Otho Truchsesius  
 Augustanus Antistes, & Marcus Al-  
 thempsius Episcopus Constantiensis,  
 tres Archiepiscopi Electores, Albertus  
 Bavarix Dux, Guilielmus Cleviensis,  
 & Henricus Brunsvicensis Dux, una-  
 cum pluribus urbium Imperialium, nec-  
 non absentium Episcoporum Deputa-  
 tis conveniunt, quos una omnes Lega-  
 tus hortabatur, ut conservata inter se  
 unione, ac pace Religionis honorem  
 tuerentur, atque hæreticorum violen-  
 tiis resisterent His dictis de Triden-  
 tina Synodo mentionem inspergebat,  
 demonstrans, quod hoc concilio fidei  
 nostræ mysteria non modo solide fue-  
 rint stabilita, sed etiam disciplinæ, mo-  
 rumque leges admodum clare, ac per-  
 spicue explicatæ, necnon exacte in ar-  
 ticulos redactæ, atque ab omni cavil-  
 latione immunes propositæ fuerint; in-  
 de vero omni, quo poterat fervore, illos  
 admonuit, ut hujus Synodi decreta  
 reciperent, suosque mores juxta illius  
 decisiones componerent, necnon hære-  
 ticos suæ rebellionis, ac discordiæ relin-  
 querent, donec tandem assidua de fe-  
 cta

Sæcul. XVI.  
 A. C. 1566.

Sæcul. XVI. cta in sectam migrandi libidine fessi di-  
 A.C. 1566. vinæ ultioni promeritas pertinaciæ suæ  
 pœnas daturi essent.

§. LXXXI.

*Archiepiscopi Moguntini responsum  
 ad Legatum circa Synodum  
 Tridentinam.*

*Gratian. l. c.* **M**oguntinus Archiepiscopus omnium  
 nomine respondens summo Ponti-  
 fici, ac Legato ob utriusque sollicitudi-  
 nem erga Germaniæ salutem gratias  
 egit, simulque Commendano ita re-  
 spondit: „Nos omnes cunctas Synodi  
 „decisiones fidem, ac mysteriorum do-  
 „ctrinam concernentes absque ulla re-  
 „strictione recepturos interposita etiam  
 „juramenti Religione pollicemur; cum  
 „autem quædam disciplinæ capita, a  
 „quibus eximi peroptamus, ibidem re-  
 „periantur, atque aliunde quædam sta-  
 „bilitæ sint consuetudines, quas abole-  
 „re prævalente morum licentia, ac dif-  
 „cordia neque tutum, nec consultum  
 „est, hinc aliam temporis vicissitudinem  
 „magis opportunam esse expectandam  
 „censemus, præcipue, cum Germaniæ  
 „status, ususque tibimetipsi adeo probe  
 „perspecti sint, ut nostras proposi-  
 „tiones a te benigne excipi speremus,  
 „insuper rogamus, ut nostras rationes,  
 „apud